

3167

C O D I C E S

3168

exaratus, paginarum oris minio decoratis, et auratis Titulis conspicuus, dicatus est *Leopoldo Guilielmo Archiduci Aust. postulato Episcopo Argentinenfi, Halberstadiensi et Passaviensi, Abbatiarum Principalium Hersfeldensis, Murbacensis et Luderensis Administratori a Nicolao Goleffénj Cancellariae Hungaricae Scriba, die 22. Mensis Julij. Anno 1637. Etsi, ut in Praef. ait, sciret, exquisitis et elaboratis Typi libris, nec non aurea precum supellestili Principis refertam esse bibliothecam. Continentur vero in hoc Codice Praes Matutinae cum variis aliis, item Vespertinae cum Exer-*

citio ad sacram Communionem, et Litanis, quas *Lauretanis* vocant.

DCCCCXXX.

Codex chartaceus lat. germ. ⁵⁰⁵ Sec. XV. Follor. 112. 4. bene scriptus, rubricisque distinctus, *Liber Precum* est continens *Orationes ad Deum Divosque, Psalmos, Hymnos, Sequentias, Litanias, Confitendi Formulam* et in fine *Calendarium*. *Hymnis* multis adpositae sunt *Notae Musicae*. Hymnus *A Solis ortu cardine* &c. etiam, ut varia alia, germanice legitur *fol. 62.* in hunc modum:

*Uon anegang der sunne kchlar
bis an ein end der welde gar
wir loben den fürsten Ihesum crist
der von der maid geporen ist.
Ein merer aller welde prait
der legt an sich der knechte kchlaid
er nam an sich menschleiche wat (vestis)
das nicht verdurb sein bant getat &c.*

Librum hunc in usu fuisse cum tot aliis jam indicatis *Friderico III. Imp.* liquet primum e duabus *Colletis fol. 12.* ubi legas: *auxiliare queso famulo tuo michi friderico populoque mihi subiecto, et: Da seruo tuo michi Friderico trium-*

phum virtutis tue scienter excolere &c. dein e *Calendario*, quod ante se habet duplicem *ἐπιτομὴν μηνιονικῶν* festos Sanctorum dies mensium ordine complexam, primam quidem germanicam hujus initii:

*Besniten ist das kind,
drey kunig sagten Erbarts gesind,
Der steren weist sy, wann
kümbt marcellus Anthony Prisca sag fabyan &c.*

Alteram notam illam latinam: *Cisio ianus Ep. val. er. bart. &c. Ip-*

sum porro sequentibus notis insignitum est: *Ad kalend. Junias: In vigi-*

3169

LITURGICI

3170

vigilia pentecosten obiit pater meus. Ernestus videlicet Ferreus a. 1424. ut ipse Fridericus notat in Diario suo, quod inter Codices Hist. Prof. in Bibliotheca Aug. extat. Ad Festum Johannis Bapt. Obijt dux fridericus 1438. Intellege Fridericum dictum de Pera vacua, cujus mortem alii anno 1439. assignant. Ad 11. Aug. Obijt mater 9. hora noctis 1445. Nescio, quae mater; Friderici enim Matrem Cimborgam mox videbimus. Ad 27. Aug. Cile osterreichischer feld fur die neustat 1452. id est: Udalricus Comes Ciliae et Austriaci duce Udalr. Eitzingero obsident Neostadium ad extorquendum Friderico Ladislaum Hung. Itaque sequitur ad 4. Sept. Kunig Lasla ausgehen 1452. id est Ladislaus illis traditus. Ad festum Matthaei Apost. natus sum 1415. Notissimum, vel e Sigillis Friderici. Unde male in Art de verifier les Dates Natalis ejus ad 23. Dec. reponitur. Ad 26. Obijt. P. S. 1440. Quis hic? Ad 28. Obijt. mater 1429. nempe Cimborga Tirnitzii in Austria, sepulta in Coenobio Campililiensi vicino. Mortem hanc Fridericus etiam in Diario supracit. notavit. Ad 27. Oct. Obijt rex Albertus (Imp. II.) pie memorie. Id quoque in Diario notatum.

DCCCCXXXI.

977 Codex membraneus lat. germ. anno seculari M. D. ut videtur, scriptus, Folior. 194. 24. nitidissimo caractere, literis initio-

rum et quibusdam Frontispiciis deauratis et picturatis, insuperque Iconibus VIII. artificis penicilli decoratus varia Pietatis Exercitia continet. Praeit Calendarium germanica lingua, in quo Epiphania Oberstag audit, Vitus et Egidius miniati sunt, eodemque colore ad 9. Sept. notatur Chuni-gund erhebung, unde Codicem ad Dioecesin Bambergensem respicere putem, quo etiam Petrus et Paulus illius Ecclesiae Patroni fol. 31. p. 2. depicti pertinere videntur. Calendario subjungitur Schema literarum dominicalium, cui superpositum: M. V.º 1. id est, Annus 1501. et Tabula ad sciendum in quo membro corporis sit luna. Preces utraque lingua mixtae potissimum privato ingenio concinnatae sunt, multaeque vulgi traditionibus nixae, nescio quas, praeviis rubricis noxarum venias spondent, quibus utinam non nimum multi adhaeserint de emendanda ceterum vita parum solliciti!

DCCCCXXXII.

Codex membraneus lat. belg. 711 Sec. XIV. Folior. nunc 133. 4. deficientibus aliquot in medio, eleganter scriptus, marginibus auro, coloribusque florulentis, et, ut Nota praevia testatur, Thesaurio Ambrosiano illatus ab Arcis Praefecto Job. Cph. Pappo a. 1620. Precatorius est, continens Officium Vespertinum pro Defunctis sine mutilum, Officium de Sapientia Aeterna initio mutilum,

T t 3

Pfal-